



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex  
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &  
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium  
similitudinibus conscripta ...**

**Duplan, Theodore**

**Ruraemundae, 1663**

63. Tres e terris assumpti sub finem mundi reversuri.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12221**

*purgari. Uide & ipse Petrus tertio interrogatur utrum diligat Dominum, ut tria responsione vincula, que Dominum negando ligavit, absolueret. Ita in Act. Apost. cap. 10.*

## SYMBOLUM 63.

*Tres e terris assumpti, sub mari si rem reversuri.*

(a) **E**lias rapitur curru, transfertur & Enoch;  
Christus in empyreos se levat ipse polos.

Judicis adventum, mundi fatale præbunt  
Excidium, ac rapidas, per maris alta, faces.

O Trias! Exactum sistemur ut ante tribunal

Ne referam culpis debita jura meis.

(a) *Elias raptus, Enoch translatus, Dominus noster JESUS Christus se seipso levat. S. Bern.*

*Nota. In fine mundi redibunt Enoch & Elias ut Anti-Christo se opponant per conciones, &c. martyrio Jerosolymis afficientur, corporaq; insepulta jacebunt, sed post tres dies resurgent & spectante populo ad cælum ascendent. S. Aug. lib. 20. civit. cap. 29. & passim comment: in Gen. 5. & Apoc. 11.*

## SYMBOLUM 64.

*Spiritus S. hora diei tertia mittitur.*

**S**emper amant castæ quia candida testata columbæ,  
Candida divinus corda Columbus amat.

Habitur æthereis ternâ qui sedibus horâ,

Ob meritum Nati, Patris ab arce venit.

Pacis oliva venit, divini nexus amoris,

Ad Triadis, mentes, gaudia, flamen (a) agit.

(a) *Idem Spiritus S. qui Jois. 2. in baptismo Christi sub specie candida columbe, animas purificans apparuit, ipso die Pentecostes sub specie venti vehementis, ad bonum impellens, & linguarum ignitarum amore sui corda inflammas in Apostolos delapsus est.*

SYM